



ANNOTATIONES
AD
VATICINIA HABAKUKI.

Argumentum Cap. L



Apud primum, præter inscriptionem, continet tres partes. Prima exhibet querelam prophetæ de corruptissimo Reipubl. Judaicæ statu. Secunda tradit responcionem Dei, quod brevi tempore incolas per Chaldaeos puniturus sit. Tertia continet intercessionem prophetæ, ne Deus populum Judaicum adeo misere perire permitat.

Analysis Part. I. Cap. I.

Pars prima a. v. 2. ad 4. exhibet querelam prophetæ de corruptissimo Reipublicæ Judaicæ statu. Conqueritur propheta coram Deo

1. de diuturna dilatione exauditionis & salutis v. 2.
2. de iniquitate & ærumnis publicis v. 3.
3. de vastationibus & injuriis mutuis. ibid.
4. de contentionibus excitatis, ibid.

E

5. de